

Incipit forma absolutionis sacramentalis
eiusdem Magistri Joh. Gerson.

O Ratio tibi et par frater carissime
petis primo si apud aliquem docto-
rem reperiatue forma autentica
absolutionis sacramentalis. Ratio
quod sic. Et de hoc videatur summa confessionum vel
Bertelina super hoc verbo. Absolutio. In illa
questione utrum forma absolutionis debeat
fieri sub modo indicativo. Et super illa que ibidem
reperiuntur patebit satis ratio. ¶ Ad illud
quod secundo petis scilicet. Que sit forma sufficientis
deinde ad tertium quod queris. unde tot varie-
tates in forma ista absolutionis. ¶ Respondeo. quod
ex ignorantia vel negligentia sufficienter in-
quiritur que agenda sunt circa sacramenta.
¶ Sed cur quid plus circa istam formam quam cir-
ca alias. Ratio una est. quia alie forme dicitur
publice et inveniuntur scripte. sicque legum-
tur. hic autem occulte et absque libris arbitris
fit negotium. Potest et alia ratio dari. quod actus
confessionis et absolutionis est quidam actus iu-
dicialis. ubi videtur sufficere quod sacerdos iu-
dex explicet sententiam suam quibuscumque ver-
bis dum tamen intendat absoluere sicut dicitur in
memorato. quod consensus interior ambo-
rum significat.